materia ⁊ forma elemẽtarũ:tunc aliqua forma esset in
mã elementaria sine ↄtrario:deduco/q: ꝓbatuz est cęlo
nihil esse cõtrariũ:cuz moueat̃ motu sine ↄtrario:quare
forma cęli esset in mã sine ↄtrario.Sed hoc est falsuz:q:
tunc nã otiose aliqd fecisset:deduco/q: talis mã:vbi eẽt
forma cęli:esset sine potẽtia ad non esse:nam oĩs potẽtia
in mã est ad separationẽ quę est nõ esse.Si igit̃ definitio
materię est posse nõ esse:⁊ esset forma in mã:quę nunq̃
nõ esset:tũc po⁹ materię esset otiosa:q: nunq̃ veniret in F
no esse:ad qd ipsa est ordinata.Tertio arguit/si for⁹ cęli
esset in mã:⁊ nõ esset gñatio nec corruptio illi⁹ vnq̃:tũc
mã cęli careret ꝓpria opatione:deducit/q: operatio ma
terię est generatio ⁊ corruptio:sicut acuminis gladij pro
pria opatio est scindere dura.Si igit̃ forma esset in mã:
cuius po⁹ nunq̃ esset ad nõ esse:tunc aliqd eius esset sine
ꝓpria operatione:⁊ forte hę tres rõnes sunt vna:si recte
ↄsiderent̃.¶ Sed circa hec sunt plures dubitationes. Dubõnes.
p̃ma q: Aristoteles arguere vĩ cęlũ nõ habere ↄriũm:q:
motus cęli nõ hz ↄriuz.Modo hoc vĩ erroneũ:cum cor
pus de genere substãtię cõtrariũ nõ habeat:cũ substãtię
nihil sit ↄtrariũ:⁊ tñ motus eius habere põt ↄriũm.hec
Joannes grãmaticus:qui Philoponus dĩ.¶ Simpli Que Sim
cius ꝟo ridet ẽt corpus substãtiale hẽc ↄriũm:saltẽ fuso plicius.
ṽbo loquẽdo de ↄrio:⁊ hoc pacto motus g hz ↄrium est
corporis humanus ↄriũ vel preisse vel fuisse.at cęlũ nulla
tenus ↄriũ hz:nec eius motus:⁊ ꝓpterea elongatuz est a G
corruptiõe.hec Simplicius.¶ Auerroes ꝟo.5.physice Que Auer.
auscultatiõis:ait ẽt in substãtijs eẽ ↄrietatẽ:verũ aliqua 5.phy.ↄ.10.
dici ↄria bifariã est:aut in se p̃mo ⁊ p̃ncipalr̃:⁊ sic solum
in accidẽtibus repit̃ vera rõ ↄrioꝝ:aut suis in qualitati
bus dispõnibusq3:⁊ hoc pacto ignis ⁊ aqua ↄrij sunt:q:
qualitates quę formas ↄsequunt̃:ↄrię sunt:⁊ sic rõ Phi
loponi nulla est.¶ Scd̃o occurres:q: nõ vĩ verum mo Scd̃a dub.
tuuz ↄrioꝝ corpa esse ↄria.Nã ferrũ ⁊ terra pura/sũt cõ
traria:saltẽ ↄrietate medij ad extremũ:nam elñtuz ↄriat̃
misto saltẽ ↄrietate medij ad extremum:vt dixit Auer
roes:⁊ tñ eodẽ motu ſpẽ ferrũ ⁊ mistũ feruntur:ambo eniz
ad mediũ simplr̃.¶ P.Si motuũ ↄrioꝝ corpa sũt ↄria:
est q: cõtrarioꝝ effectuũ cãę sunt ↄrię.Sed hoc falsum
est:nã albũ ⁊ nigrũ sunt cãę ↄrię:⁊ tñ causant intentionẽ
in medio:quę est vna rõne subiecti.insuper Auerroes.7. Cõmẽ.48.
cęli vult nigredinẽ effici taz a frigiditate q̃ a caliditate:
quę sunt ↄrię.¶ Rñdet̃ ad p̃mã/ferrũ ⁊ terrã inquãtuz
mouent̃/nõ ↄriari aliqua ↄrietatis rõne:q: ferrũ vt mo
uet̃ est p̃dominãter terra.¶ Ad scd̃az/dico regulã Ari˘ˢ. H
intelligi in effectibus realibus:nõ aũt intẽtionalibus:in
qbus ratio ↄtrarietatis esse nõ põt:vt dicit̃.7.physicoꝝ
lib.¶ Ad tertiã soluũt iuniores nigredinem effici tam a Que Juni.
calido q̃ a frigido:sed a nullo horuz imediate:at regula
Aristotelis intelligit̃ in effectib⁹ imediatis.¶ Sed hec
solo vĩ ambigua:nã frigiditas causat̃ imediate a frido.⁊
calitas imediate a lumie:⁊ tñ lumẽ ⁊ fridũ nõ sũt forãlr̃ Que alij
ↄtraria.¶ Propterea alij Juniores dicũt regulã Ari˘ˢ Juniores.
intelligi solũ negatiue/ꝙ vz si effect⁹ non sunt ↄrij:causę
nõ sunt ↄrię:tñ prit effect⁹ eẽ ↄrij:⁊ causę nõ.vt rõ cogit.
¶ Sz oẽs hę solones sunt vanę:nã regula Ari˘ˢ nõ est: Qual' solo.

I nisi in motibus: et causa est: quia solus motus arguit naturam et formam cum immediate forma perficiatur. ceteri effectus non procedunt sic a forma, vt motus: et propterea solum in motibus: verum est quod si motus non sunt contrarij: corpora: quorum illi sunt motus proprij et naturales: non sunt contraria: et si motus sunt contrarij: corpora, quorum illi sunt proprij et naturales, sunt contraria: et tu intellige, aut per se, aut ratione qualitatum. Hec Auerroes.

Questio. **Quaerunt** si celum: quod circulariter mouetur. sit generabile et corruptibile. Arguitur quod sic quotiens ad antecedens esse sequitur consequens esse. Ad antecedens possibile sequitur consequens posse. Hec regula est porristica. Sed sequitur celum gescit. igitur celum non est, secundum philosophos: vt in lib. de substantia orbis dictum est: et dicemus secundo huius. igitur si celum potest gescere: celum potest non esse. at celum posse gescere: testatur Auerroes. 12. metaphysice: asserens quod de possibilibus esse et non esse solus motus est eternus. (Com. 41.) igitur celum potest non esse. sed omne posse non esse est corruptibile, vt dicetur in hoc lib. igitur celum est corruptibile. ¶ Secundo celum habet materiam igitur est corruptibile. (K) probatur consequentia. quia si celum non haberet materiam: esset propter rationem Auerrois in com. probat. n. Auerroes celum non habere materiam: quia esset eius materia in potentia ad non esse. et si esset in potentia ad non esse: esset quandoque sub non esse celi. aliter potentia esset frustra. Modo hec ratio non valet: primo quia concedere celum esse corruptibile, eiusque materiam esse in potentia ad non esse: et negare materiam illam debere quandoque stare sub non esse: quia sufficit vt reducatur ad actum alia materia eiusdem speciei: vtputa materia ignis: sic enim tollitur frustratio potentie. Secundo dicerem illam materiam esse aptam natam stare sub non esse: non tamen posse stare sub non esse: et sic non oportet reduci sub non esse: quia potentia frustratur: non aptitudo que non reducitur ad actum. Tertio dicerem vt Albertilla dicit: quod potentia ad esse reducitur semper ad actum: non autem potentia ad non esse: quia potentia ad imperfectionem non debet reduci ad actum. sed illa que est ad perfectionem. ¶ Philoponus tenet celum esse corruptibile et generabile secundum sui naturam. eternitatem vero nactum esse ab alio: cuius positionis et Auicenna esse videtur: qui ponit aliquod corruptibile ab alio posse perpetuum effici.

Po. Philoponi.

L Rationes Philopo. ¶ Probat autem Philoponus suam positionem per authoritatem Platonis: qui celum et mundum genitum esse dicit, et corruptibile, sed ab opifice esse nactum eternitatem: vt in timeo scribitur. ¶ Secundo arguit, quia omnis virtus corporis finiti est finita: quia vt dicitur. 8. physice auscultationis. virtus corporis finiti non potest se extendere ad durationem infinitam. Unde per virtutem finitam nihil moueri potest tempore infinito. Sed virtus celi est virtus corporis finiti: cum celum sit corpus finitum, vt in presenti libro deducetur. igitur celi virtus est finita: et ita non potest durare per infinitum tempus. ¶ Tertio, in omni corpore naturali est materia, forma, et priuatio: cum hec sint vniuersalia principia omnium corporum naturalium. Sed vbicunque est materia, et forma, et priuatio: est potentia ad corruptionem. igitur corpus celeste est corruptibile. Nec valet si quis dicat celi materiam esse alteram: et corruptibilium alteram. Nam vt arguit Philoponus. Tunc materia esset composita ex eo videlicet quod est commune vtrique materie. et eo quod est proprium: quemadmodum quelibet species. ¶ De opinione Platonis in genitura mundi nemo potest certe sentire.

De opione Platonis. M Nam plato nunc facturam innuit temporalem: qualem theologi dicunt: nunc eternam qualem peripatetici disputant. Platonici etiam inter se discrepant. Nam (vt proculus narrat in Timeo) Seuerus et Atticus et Plutarchus Mundum non fuisse semper de Platonis mente asserunt. Crantor vero et Plotinus, et Porphyrius, et Jamblicus, Mundum semper fuisse, et fuisse semper a deo: Immo fluxisse arbitrantur: secundum Platonem: quatenus deus semper est: semperque ab ipso fiat, atque fluat. vnde Simplicius inquit. si ad initium temporis respexeris: quo Mundus ipse caret: ingenitum dices mundum. Sin autem ad perpetuum a deo eius effluxum aduerteres, assidue genitum asseres: vnde Expositor noster hic ait: quod enim Plato posuit celum genitum: non intellexit ex hoc quod est generationis subiectum: quod Aristoteles hic negare intendit: sed quod necesse est ipsum habere esse ab aliqua superiori causa, vtpote multitudinem et extensionem habere quod certificatur eius recessus a primo vnore quo oportet multitudinem causare. et sic videtur velle non diuersa Aristotelem et Platonem sentire. (N) ¶ Unde vbique Expositor et Simplicius sic Aristotelem et Platonem conciliant quod duplex sit generatio altera quidem naturalis videlicet que est de contrario in contrarium subiecto mediante per precedentem alterationem affectorum altera que est emanatio ab ipsa superiori causa: per quam genitum accipit esse in partibus distinctum. Tunc dicitur quod celum est genitum secunda generationis ratione: quoniam est ab ipso deo primo et per se: et habet in partibus multitudinem: per quam recedit a prima causa. Hec Simplicius et Expositor vbique. ¶ Alexander vero obijcit huic missioni, vt videbitur in vltimo huius libri: primo, quia Plato dixit ante mundi generationem precessisse chaos (vt patet in Timeo) et tale chaos moueri motu inordinato: et quod deus reduxit tale chaos ad ordinem. (O) igitur loquitur in vera generatione. Preterea Plato eodem lib. ait celestia corpora esse suapte natura corruptibilia, nacta tamen esse eternitatem a voluntate dei: que est maior eorum nexu. igitur propria generatione sunt genita. et tunc secundum Alexandrum dominum est authoritatem Platonis non esse audiendam: quia contrarium sentit. Sed quae sit mens Platonis: alias disputabitur. Hec ad primam. ¶ Ad secundam respondet Auerroes duplicem esse virtutem siue potentiam, alteram quidem ad esse: alteram ad motum. Tunc dicit in celo esse potentiam ad motum duntaxat: non autem ad esse. Nam potentia celi est finita ad motum, ratione videlicet corporis celestis. infinita vero ratione motoris: qui mouet semper: et sic ad formam negatur minor. ad probationem diceret Auerroes celum esse finitum magnitudine: non autem duratione: quia cum finitate magnitudinis stat infinitas durationis. ¶ Sed expositor obijcit Auerroi primo ex verbo Aristotelis nam Aristoteles infra ponit in corpore celesti virtutem ad semper esse. igitur virtutem ad esse. Secundo virtus essendi magis a forma quam a materia debet sumi: quoniam per formam res est, per materiam res non est: vt dicitur. 7. metaphysice. 3. obijcit alibi: quoniam quodlibet celum dependet a proprio motore. igitur habet virtutem essendi vtpote motorem: e quo semper est. vltimo arguo ego fortissime contra Auerroem.

Obiectões Thome

P celum non habet potentiam ad esse. igitur non potest esse: tenet argumentum ab eodem in idem, vltra, celum non potest esse. igitur non contingit esse: tenet argumentum ab eodem in idem. vltra, non contingit esse. igitur impossibile est esse: tenet argumentum ab equiualenti ad equiualens. vltra, celum impossibile est esse. igitur necesse est non esse: tenet argumentum ab equiualenti ad equiualens: at vltimum hoc consequens est contra sensum. igitur et primum antecedens est impossibile: et sic oportet concedere celum habere potentiam ad esse. ¶ Propter hec soluit Thomas: videtur tamen mihi ipsum velle quod celum potest bifariam considerari: vt pote secundum essentiam, et secundum variationem. Si secundum essentiam consideretur: sic nec est per se finitum, nec infinitum: quoniam vt sic abstrahit ab omni quantitate tam continua quam discreta. Sin autem consideretur secundum sui variationem: sic habet potentiam infinitam vel finitam. et cum dicis. igitur corrumpetur: negat argumentum: quoniam secundum sui essentiam non cadit sub aliqua quantitate: sed secundum sui variationem. licet igitur potentia secundum sui variationem sit finita: nanciscatur eternitatem a motore.

Sol Thome.

Q hec mihi videtur secundum eius verba: si quis autem dicat me non intelligere ipsum: fateor ingenue: verum nihil curo. ¶ Obijcit autem Joannes gandauensis aduersus expositorem in eo quod ille dicit celum secundum esse non subijci tempori: nam celum et esse celum subijcitur motui. at tempus vel est motus, vel in motu. igitur celum secundum esse subijcitur motui: et motui et tempori.

Obiectio Joan.

¶ Sed pro solone aiaduertendum apud Auerroem esse, virtutem siue potentiam ad esse, et virtutem essendi multum differre. nam esse vbique Auerroes sumit pro forma e qua sumitur species eius: at virtus est. virtus essendi vt proprie loquar est dispositio qua ipsum esse: quod est forma habetur in materia: licet sepe pro ipsa forma accipiatur

Rñ° ppa.

A virtus seu po⁹ ad esse/est mā/quę describitur per posse.
Quibus p3 cōpositū ipsu3 esse hīe a forma:v̄tutē eēndi
a dispositionib⁹:qbus illa forma recipit̄ vel cōseruat̄ in
mā:potētiā ad eē h3 a mā:q̄ est qua res pōt eē ⁊ nō esse.
hui⁹ cā est:q2 v̄t⁹ ⁊ po⁹ idē3 est:a po⁹ vō pole accipit̄.at
pole est vnūqdq3 rōne māē.vt i lib.peri hermenias di.
Quare cōpositū h3 potētiā ad eē rōne māę:⁊ ita v̄tutem
ad eē rōne māę.ꝓterea po⁹ apud Auerroē3 nō intelligit̄
nisi p trāsmutationē:⁊ sic ois po⁹ reqrit nouitatē.s3 nihil
est cā noui nisi mā.igit̄ v̄tus ad esse/vel po⁹ ad eē est mā
ꝓa.℃ Tūc ad rōnes expositoris:ad p̄mā diceret Auer
roes ꝙ Ari^{les} i nullo loco ponit cęlū hīe v̄tutē ad eē/nec
ad semp eē/nec v̄tutē eēndi:l3 ponat cęlū semp eē ꝯ ꝓla
tonē.vel dici pōt po^{ã} ad eē bifariā dici aut f̄m vtrūq3
videl3 q̄ est sil̄ ad eē ⁊ nō esse:aut q̄ est ad alteꝝ dimidiū
B scil3 ad eē tm̄.ꝑ mō Ari^{les} nō poneret po^{ã} ad eē:s3 hn̄ ad
motū:q̄tenus in cęlo est po⁹ ad motū ⁊ qetē3.Scdo mō
in cęlo est po⁹ ad eē:qm̄ est in eo mā q̄ est ad eē tm̄:⁊ for⁹
p quā semp est:⁊ sic itelligeret Ari^{les} si illō diceret.℃ Ad
scdā3 diceret Auerroes v̄tutē eēndi nec eē a mā/nec a for
ma:s3 a dispōne.qua for⁹ recipit̄ in mā.vel dōm ꝙ v̄tus
essendi f̄m dimidiū est a for^a:⁊ ēt a mā quę est alteri⁹ rō
nis in cęlo:s3 f̄m vtrūq3 nulla ibi est/nec finita nec infi
nita:nisi respectu mot⁹.℃ Ad 3^{um} cōcedo suo v̄bo intel
ligentiā posse dici virtutē essendi:ꝓprio tn̄ potius est eē
cęli:vel dicas intelligētiā eē v̄tutē essendi f̄m dimidiu3:
⁊ mām cęli quę est alteri⁹ rōnis etiā eē potētiā eēndi f̄m
dimidiū.nō aūt f̄m vtrūq3.℃ Ad 4^{um} dico ꝙ illa ꝓpo
sitio cęlū nō h3 potētiā ad eē/h3 duas cās veritatis:vna
est:q2 cęlū est:q2 si cęlū est:verū est ipsu3 nō hīe potētia3
ad esse:vt qm̄ Socrates currit de inesse:falsu3 est ipsum
posse currere de ꝯtingēti.Altera est q2 repugnat sibi eē:
vt hyppocētaurus nō h3 po^{ã} ad eē:q2 ipole est eē.Tūc
C dico in cęlo nō eē po^{am} ad eē/q2 cęlum est:⁊ semp est:quę
est vna cā veritatis:⁊ hoc sufficit.vel dōz cęlū nō hīe po
tentiā ad eē f̄m vtrūq3:⁊ qua po⁹ deducit ꝯtingens.bene
tn̄ f3 dimidiū:⁊ rōne formę:q̄ est rō essendi:⁊ rōne māę
quę semp est actui eēndi ꝯiuncta:⁊ sic tollitur discursus.
℃ Ex his seqt̄ inter expositorē ⁊ Auerroē nō eē driam.
Consiliū inter exposi toreʒ ⁊ Aul. Nā idē vr̄r sentire:si recte intelligo:expositor eni3 cōce
dit in cęlo v̄tutē essendi vel po^{am} ad esse:qd credo:si acci
pit po^{am} ad esse f̄m dimidiū cōtingētis.Auerroes negat
Sol.Auer. potētiā ad eē:qd credo:f̄m vtrūq3:⁊ sic rō Joānis nulla
est ꝯ Expositorē.℃ Ad 3^{um} rōnē philoponi r̄ndet Auer
roes in cōplurib⁹ locis:⁊ vult ꝙ in corpore cęlesti nō sit
mā nisi respectu mot⁹:⁊ ad vbi.Tūc ad forma3 negaret
maiorē:q2 sufficit cęlū ipsu3 cōponi ex mā ⁊ foia ad mo
Obiectio expositoris tū:nō aūt ad eē.℃ Obycit aūt huic expositor:⁊ syllogi
gat sic/oē ens actu/aut est act⁹ vel hn̄s actū.Sed cęlū est
ens actu.igit̄ est act⁹/vel habēs actū.Maior est oib⁹ no
ta:⁊ supponat̄ nūc.Minor ꝓbat̄:q2 cęlū agit in hęc infe
ra corpa.Igit̄ aut act⁹/aut hn̄s actū.Et cū ꝑspicuū sit cę
D lū nō esse actū:relinqt̄ ipsu3 esse hn̄s actū.at cum oē hn̄s
Sol.Expositoris actū f̄m Auerroē sit cōpositū ex mā atq3 for⁹.igit̄ cęlu3
est cōpositū ex mā ⁊ for⁹.℃ R̄ndet igit̄ expositor alr̄/⁊
vult cęlū cōponi ex mā atq3 forma/ēt circūscripta intel
9 ligētia.verū mā cęli est alteri⁹ rōnis a mā gnābiliū:cum
mā cęli sit ad esse tm̄/dicatq3 ordinē ad formā alteri⁹ ra
Quales positiones. tionis.℃ De re hac plurima disputauī in libro de suba
orbis:at nūc vr̄ mihi breuiter esse dōm positiones hasce
esse ꝑtim ꝯcordes/ꝑti3 discordes.Uterq3 eni3 horū cōce
dit mām in cęlo:vterq3 horū vult mām cęli esse alterius
rōnis:q2 in po⁹ ad esse tm̄:atq3 ad formā alterius rōnis.
Uterq3 horū asserit mām cęli esse in po⁹ f̄m dimidium
cōtingētis/⁊ nō f̄m vtrūq3:cū solū illa po⁹ sit ad eē atq3

E formā:nō aūt ad nō esse atq3 ꝑuationē.differunt vō q2
expositor ponit in cęlo duplicē formā:q2 aīam:quā peri
patetici itelligētiā appellant/⁊ formā cęli ex qua ⁊ mā il
la alteri⁹ rōnis cōponit̄ cęlū:ex quo cęlo sic existente in
actu:⁊ aīa sit vnū aīal ęternū:vnū dico sicē ex nauta ⁊ na
ui/instro ⁊ motore.Qua rōne fit vt apud expositorē mā
motus sit alia:⁊ mā ad esse:q2 mā ad esse est mā ad for^{ã}
cęli:quę est citra intellectū.Mā ad motū est cęlū cōposi
tū citra intelligētiā.Auerroes aūt ponit in cęlo vnā for^{ã}
⁊ vnā mām tm̄.nā aīa cęli est itellect⁹:⁊ est forma:vt est
quo cęlū intelligit:est aīa ⁊ intellect⁹.vt est quo cęlū mo
uet̄:est forma.Mā cęli/vt dicit ordinē ad aia3:est mate
ria ad esse/q2 aīa cęli est p̄n^{m} essendi cęli:vt dicit ordine3
ad motū ⁊ vt est in actu p aia3:est mā ad vbi.hęc Auer
roes/⁊ expositor.℃ Tūc ad rōnē Thomę/diceret Auer
roes ꝙ cęlū circūscripta itellige^a p itell3 nec est act⁹:nec
hn̄s actū.S3 est po⁹ f3 dimidiū q̄ est sp ad eē.⁊ negaret
F cęlū esse agēs circūscripta itellige^a:imo illa circūscripta
Oplo ꝓpa Cō.92.⁊.95 nullū h3 esse/nec actionē/vt Auerroes scribet postea in
hoc libro.℃ Ego vō solitus sum dicere ꝙ mā cęli pōt
ꝯsiderari in rōne metaphysica:hoc est in rōne potentię:
vel in rōne physica hoc est in rōne potētię transmutabi
lis.si in rōne metaphysica hoc est in rōne potētię:sic mā
cęli ⁊ mā generabiliū sūt eiusdē rōnis:cū ambę ꝯueniāt
in rōne potētię.Sin aūt in rōne physica hoc est in rōne
potētię transmutabilis:sic differunt.vt recte dixit Auer
roes/⁊ Thomas.Tu vō lege rem hanc in libro de suba
Oplo Aril. orbis.Hęc de positione ꝓhiloponi/deq3 rōnibus eius.
℃ Aristoteles vō de disputatione credidit cęlū ⁊ mun
dū nec incepisse per gnōnē/nec corrumpendos fore per
corruptionē:processisse tn̄ a deo p quēdā effluxū/vel de
pendētiā mō quo accidēs ꝑficit̄ a subiecto:⁊ radi⁹ e so
le.⁊ sic cęlū sine mūdū posuit deo ipsi coęternū:quaten⁹
nec de⁹ p̄us cępit mūdo/nec mūdus p̄us deo:sed coęter
G no tēpore.atq3 ꝑpetuo fuerunt.nos vō tenem⁹ nec cęlū/
nec mūdū cępisse per gnōnē:sed p creationē.itē nec cor
rumpendos:s3 cęlū a motu cessabit.rōnes vō hincinde
Sol.rōnū. in plurib⁹ locis scripsimus.Hęc nunc sufficiant.℃ Ad
rōnes quas fecimus in p̄ncipio:ad p̄mā cōcedo regula3:
⁊ cōcedo minorem ⁊ totum:tamen nego cęlum posse ge
scere simplr̄:bene f̄m partem.vt enim quęlibet aqua po
test corrumpi:⁊ non tota aqua:sic cęlum potest quiesce
re a qualibet reuolutione:nō tamen a toto motu:⁊ sic nō
sequitur ipsu3 posse quiescere simpliciter a motu.ꝓpter
quę loricoię dicerent cęlum a motu posse quiescere:nō
autem cęlum posse quiescere a motu.℃ Ad scdā3 respō
deo ꝙ cęlum habet materiam alterius rationis.at ratio
Auerrois probat cęlum nō habere materiam eiusdē ra
tionis physicę.⁊ hoc probat ratio.℃ Ad rationes/dico
ꝙ secus est de potentia ad esse vel nō esse:⁊ secus de po
H tentia alterius.Aristoteles ꝓbat in p̄mo cęli potentiam
ad esse ⁊ ad non esse omnem debere reduci adiectū:nec
posse saluari in simili specie.Tu vō expecta rem hanc
in fine huius.℃ Ad scdām/omnis aptitudo materię est
potentia:qm̄ aptitudo sequit̄ formam:⁊ propterea ratio
illa nulla.℃ Ad tertia3/diceres potentia ad non esse est
ad esse:qm̄ corruptio vnius est generatio alterius:quare
si potentia ad esse debet reduci ad actū:quia est ad esse.
potentia ad non esse debet reduci ad actum:quia etiam
est ad esse.Hęc de questione.

℃ At vō ⁊ crescit omne qd crescit:⁊ decre
scit omne qd decrescit a cognato:qd aduenit Dē pticula addita. Competit Accedit est isiv Accidit.
⁊ qd in materiam resoluitur:huic aūt cōpe
tit nihil:ex quo factum fuerit.

I ¶ Hactenus ꝙ corpus ipm̄ qḋ circulariter ferꝛ̄: nō sit generabile, nec corruptibile: persuasit. Qḋ ꝟo nō sit augumētabile, nec diminuibile: ꝓbat. ⁊ rō cōponiꝛ̄ h̄ pacto: oē qḋ crescit ⁊ decrescit, crescit ⁊ decrescit ab aliquo cognato siue sili: qḋ aduenit: ⁊ qḋ in mām̄ resoluiꝛ̄. Naz vt dicet in lib. de gnōne. cremētū fit ab aliquo qḋ i pͥncipio est ꝯriū: in fine sile. ideo aduenit augumētabili ipsi. ⁊ resoluiꝛ̄ in mām̄: vt ꝯuertaꝛ̄ in nām̄ eius: qḋ augeꝛ̄: vel diminuiꝛ̄. Hec est maior: ⁊ eius declaratio. Sed cęlo nihil accidit: qḋ in mām̄ resoluaꝛ̄: ex quo factū sit. cū cęlū ex nullo factū sit: vt pcedens ꝓblema dixit. cęlū igiꝛ̄ nec augeꝛ̄: nec diminuiꝛ̄. huiꝰ sylli poniꝛ̄ pͥmo maior: ⁊ ꝑspicua est. Scḋo minor: ⁊ ingt. huic aūt ꝯpetit nihil: ex quo factū fuerit: neqꝫ. n. hꝫ mām̄: neqꝫ ꝯriū: ex quo fieri possit: vt pcedēs ꝓblema dixit. ¶ Aiaduersione dignū in oī auctione atqꝫ diminutione duo cōcurrere: vt in lib. de gnōne dicet: videlꝫ mām̄ ex qua ipsuꝫ augumētabile fit: ⁊ in quā nutrimētū ꝯuertaꝛ̄: ⁊ cibū q̇ sit ꝯriꝰ: ⁊ cognatus siue silis: cognatus qdē in fine: ꝯrius ꝟo in pͥncipio. ⁊ hec duo tetigit in maiore cū dixit a cognato, tetigit cibū: qui in fine est silis. in pͥncipio aduersans: ⁊ cum dixit: ⁊ qḋ in mām̄ resoluiꝛ̄: tetigit mām̄: ⁊ ex qua augumētabile fiat: ⁊ in quā cibus ꝯuertaꝛ̄, resoluaturqꝫ. At in minore, tetigit alterū horū tm̄, vtpote mām̄, cū dixit huic aūt competit nihil: ex quo factū fuerit: qꝛ caret mā: ex qua res fiūt. vel tetigit ꝯriū tm̄: nā cęlū nō hꝫ ꝯriū: ex quo factū sit: ⁊ fortasse intelligit vtrūqꝫ: Nā cęlo nō cōpetit aliqḋ vtpote mā vel ꝯriū: ex quo fuerit factuꝫ. Quare nec augeri, nec diminui pōt. ¶ Uel pōt rō Aristo. cōponi vt expositor ⁊ Simpliciꝰ idicant sic: oē augumētabile, ⁊ oē diminuibile gnaꝛ̄: ⁊ corrumpiꝛ̄ ex aliquo, at cęluꝫ ex nullo generaꝛ̄ vel corrūpiꝛ̄ (vt pcedēti ꝓblemate est ꝓbatū.) igiꝛ̄ cęluꝫ nec est augumētabile, nec diminuibile. Maiorē ⁊ ꝓbationē sil̄ ponit: ⁊ ingt. ⁊ crescit oē qḋ crescit: ⁊ decrescit oē qḋ decrescit ab aliquo cognato: qḋ aduenit ⁊ qḋ in mām̄ resoluiꝛ̄: hoc est ꝑ appositionē alicuiꝰ mālis adueniētis: qḋ qdē cū pͥus eēt dissimile, factū est sile ꝑ resolōnē in ꝓpriā mām̄: que deposita forma pͥori, formā corpis augendi assumpsit. Sicut panis resoluꝰ in mām̄ accipit formaꝫ carnis. Que rō docet in oī auctione vel minutione fieri gnōnē ⁊ corruptionē aliquo mō: ⁊ sic pꝫ maior: ꝙ oē qḋ augeꝛ̄ vel diminuiꝛ̄: gnaꝛ̄ ⁊ corrūpiꝛ̄ saltē ſm qd. hec est maior: ⁊ eiꝰ expō. deinde tangit minorē ⁊ ingt. huic autē ꝯpetit nihil: ex quo factū fuerit: qꝛ cęlo nō est dare aliqḋ ex quo fuerit gnātū: q̄si dicat ſꝫ cęlū nō pōt gnāri, nec ſꝫ qd: nec in toto. igiꝛ̄ nō est augumētabile. Hec expositor, ⁊ sapide. ¶ Auerroes ꝟo rōnē textus sic cōponit: oē qḋ augeꝛ̄ vel diminuiꝛ̄: nutriꝛ̄. cęlū nō nutriꝛ̄. igiꝛ̄ cęlū nec augeꝛ̄, nec diminuiꝛ̄. maior supponiꝛ̄: miorē ꝓbat sic: oē nutriēdū est homogeneū vel similare ei, e quo nutriꝛ̄. cęlū nō est silare alicui: e quo nutriꝛ̄. igiꝛ̄ nō nutriꝛ̄. Maior pꝫ exēplo, qꝛ sanguis est mā aialiū: ⁊ est nutrimētū pͥmū mēbroꝝ oiuꝫ (qcqd velint medici) ꝯstat aūt sāguinē nunq̄ nutrire: nisi fuerit silis. ¶ Sꝫ occurres, si augēdū augeꝛ̄ a similari: diminuendū diminuiꝛ̄ a similari: indicat Auerroes solōnē, ꝙ tam augēdū, q̄ꝫ diminuēdū a similari augeꝛ̄ vel diminuiꝛ̄. Nā si similare iuenit nutriēdū paratū gnōni: auget ipsuꝫ. Si aūt inuenit paratū corruptioni diminuit, eo vsqꝫ quousqꝫ dissoluanꝛ̄ elīta in mām̄: ex qua cōponiꝛ̄ mistū nutriēdū. dī ꝟo nutriendū paratū gnōni ab ortu vsqꝫ in ętateꝫ ꝯsistētię: quo tēpore nutriendū est humidū. dī ꝟo paratū corruptioni e cōsistentia ipsa ꝑ senectutē vsqꝫ in mortē: quo tempore arescit, atqꝫ exiccatur humidū eius. hec Auerroes.

Necessaria in augumēto.

K

Que expositor ⁊ Simplicius.

L

Que Auer. cōm. xi.

Dubiu. M

¶ Si autem nec accrescere, nec corrumpi pōt eadem rōne ⁊ inalterabile esse accipiēdū est.

N ¶ Qḋ qdē nō sit augumentabile, nec diminuibile: ex his ꝯstat. Qḋ aūt nec alterationes subeat: mō ꝓbare aggrediꝛ̄. ⁊ pͥmo ꝓponit ꝯclōnē, quā ꝓbare entiꝛ̄: ⁊ sil̄ vim rationis. Cōclo qdē est. cęlū non subest alterationi. vis ꝟo rōnis, oē alterabile accrescere vel corrūpi pōt. cęluꝫ nec accrescere, nec corrūpi pōt, igiꝛ̄ cęlum nō est alterabile. ¶ Uel melius (vt dicit Auerroes) vis rōnis est oē alterabile. est gnābile, cęlū nō est gnābile. igiꝛ̄ nec alterabile. ⁊ hanc vim indicat dicens. Si aūt nec accrescere nec corrumpi pōt: subaudi rōne illa ꝙ nō est gnābile: eadeꝫ rōne (qꝛ nō est gnābile) ⁊ inalterabile esse accipiendum est. ⁊ sic vr̄ Aristo. velle cęlū alterationibꝰ nō subiici illamet rōne: q̄ ꝓbatū est ipꝫ nec augumēto subiici. ¶ Alii ⁊ disserti viri sic intelligūt ꝙ eadē rōne e cęlo ipso remoueꝛ̄ alteratio: qua ⁊ generatio. verū rō qua remoueꝛ̄ generatio, est qꝛ caret ꝯrio: ⁊ hac rōne ēt remouetur alteratio: qꝛ caret ꝯrio. Sꝫ nō placet. Nā lꝫ cęlū careat ꝯrio ꝓpͥ motū: qꝛ eius motui nullus motus est ꝯrius: q̇ sit ſm graue ⁊ leue: tñ fingi pōt cęlo cōpetere ꝯrariū ſm alias q̄litates: ⁊ sic posset teneri ipꝫ eē alterabile. ¶ Pͥa expositio est expositoris: q̇ vult Aristo. remouere alterationeꝫ a cęlo per hoc qḋ ab eo remoueꝛ̄ auctio ⁊ diminutio: ⁊ cōsonat eiꝰ ꝓbationi, qꝛ sequēti textu ꝓbat cęlū nō eē alterabile: qꝛ nec est augumētabile: nec diminuibile. verum expositio Auerrois ꝯsonat pcedētibus: ⁊ nō dissonat sequētibꝰ: qꝛ lꝫ Aristo. ꝓbet cęlū nō eē alterabile ꝑ hoc: q̇a nec est augumētabile, nec diminuibile: tñ q̇a ꝯclusio pōt ꝓbari duplici via. qꝛ videlꝫ nō est gnābile: ⁊ qꝛ non est augumētabile: ponēs ꝯclōnē: cōplicauit vnā viam breuiter: alterā aūt explicauit vtens suo artificio: ⁊ sic vtraqꝫ expositio cōuenire pōt vbis Aristotelis. ¶ Quo ꝟo ad verba attinet: verbū corrumpi grecē est ἄφθαρτον hoc est incorruptibile. ⁊ Auerroes recte itelligit ꝑ incorruptibile indiminuibile: quasi velit cęlū nō esse alterabile eadē rōne: qua nō est augumētabile, nec diminuibile, ⁊ sapide cōmentatur. Nā diminui est ire ad corruptionē: ⁊ ita aliquo modo corrumpi. verbum eadem ratione grecē est ἀυτῶ διανοίᾳ: ⁊ lꝫ multiplr̄ latine dici pōt: tñ ego itellexi eadē rōne. Qḋ quo mō itelligaꝛ̄: dictuꝫ est.

διανοίας eadem rōne, eiusdem intelligentię, eiusdem sententię, eiusdeꝫ intellectiōnis, ... λαβεῖν accipere, capere, accipiēdum, assumendum. Expō Tho. Expō Aris.

O Compatio expōnum.

Uerborum expositio.

P

¶ Alteratio eniꝫ motus est in qualitate. qualitatis autem qui quidem sunt habitus, ⁊ dispositiones: nō sine mutationibus in passionibus fiunt: vt sanitas atqꝫ morbus. Que ꝟo naturalium corporum in passionibus mutantur: ea omnia videmus incrementum suscipere, atqꝫ decrementum: ceu animalium corpora partesqꝫ ipsorum, atqꝫ stirpium etiam ⁊ elementorum simili modo. Quare si corpus qḋ circulo fertur: neqꝫ accrementum: neqꝫ decrementum suscipere potest: ⁊ inalterabile esse consentaneum est rationi.

Q ¶ Nunc syllogiçat propositum: ⁊ ratio sic cōponiꝛ̄, omne alterabile est augumentabile atqꝫ diminuibile. Corpus qḋ circulo fertur: nō est augumētabile, nec diminuibile. igiꝛ̄ cęlū qḋ circulo ferꝛ̄: nō est alterabile. Minor iaꝫ ex dictis ꝑspicua est. Maior ꝓbaꝛ̄ iterū sic, oē mutabile in passiōibꝰ est augumētabile atqꝫ diminuibile. hec maior probatur in textu inductione in animalibus ⁊ plantis ⁊ elementis. Sed omne alterabile est mutabile in passionibus. hec constat definitione alterationis. Nam alter

A ratio est motus in q̄litate:ꝛ nō in quauis q̄litate:ſꝫ in q̄li
tate tertię ſpēi:quę est paſſio. Nā in habitib⁹ vel diſpoſi
tionibus nō fit ꝓprie alteratio per ſe:vt pꝫ.7.phyſi.niſi
quatenus ſit in paſſionib⁹:quas habitus ꝛ diſpōnes con
ſequunt̄. ſanitas enīꝫ ꝛ morbus nō ꝓprie ſunt termini al
terationis:ſed cōſequunt̄ terminos alterationis vtpote
motū ad qualitates elemētarias. Sic igit̄ pꝫ Minor/vi
Ordo text⁹ ꝛ ſumma. delꝫ qd̄ oē alterabile ſit mutabile in paſſionibus. ❡ Ex
his pꝫ textū hūc debere reſolui in duos ſyl̄los videlꝫ in
ꝑncipalē:ꝛ ꝓſyl̄m:quo ꝓbat̄ maior ſyl̄i ꝑncipalis. De
ſyl̄o ꝑncipali maior omittit̄:minor aūt ponit̄ ibi quare
ſi corp⁹.ↄclo deniqꝫ ibi ꝛ in alterabile.at ꝑmo ꝓbat mi
norē ꝓſyl̄i ꝑ definitionē alterationis:eſt.n.minor oē al
terabile est mutabile in paſſionibus:quę ſūt q̄litates ter
tię ſpēi.ꝓbat̄ ꝑ definitionē alterationis. Nā alteratio est
mot⁹ in qualitate:non q̄dē ſimplr̄ in oī q̄litate/ꝓpterea
B ſubdit q̄litatis aūt:q̄ q̄dē ſunt habit⁹ ꝛ diſpōnes hoc est
ꝑmę ſpēi:ad quas vident̄ alterationes eē:vt ad ſanitatē
morbūqꝫ:nō ſine mutationib⁹ in paſſionib⁹ fiunt:eſt.n.
ſanitas ꝛ morb⁹ habit⁹ vel diſpoſitio. Mō lꝫ ad hęc vi
deat̄ eſſe alteratio:tn̄ reuera non est:q꞉ est ad q̄litates q̄
ſunt paſſiones/ſine q̄b⁹ ſanitas ꝛ morb⁹ eſſe nō pn̄t:q̄re
ↄcludat̄ hęc minor oē alterabile est mutabile in paſſio
nibus:q̄ q̄dē est minor ꝓſyl̄i:deinde tangit maiorē eiuſ
dē ꝓſyl̄i/ꝛ inq̄t.quę vero nālīū corpoꝝ in paſſionibus
mutant̄/ea oīa videm⁹ incrementū ſuſcipere/atqꝫ decre
mentū.ꝛ hāc ꝓbat inductiue in aīalib⁹ ꝛ ꝑtib⁹ ipſoꝝ:quę
in paſſionib⁹ mutant̄/ꝛ ſuſcipiūt augmētū ꝛ decremen
tū:ꝛ in plantib⁹ ꝛ ipſarū eſſe ꝑtib⁹:ꝛ in elīntis:quę dū al
terant̄ eſſe/augeri vīr:vt terra alterat̄ in ignē.igit̄ totus
ꝓſyl̄s est oē mutabile in paſſionib⁹ est augmentabile
atqꝫ diminuibile.oē alterabile est mutabile in paſſioni
bus.igit̄ oē alterabile est augmētabile:vel diminuibile.
Tunc ſumpta hac ↄ̄ne ꝑ maiore ſic/oē alterabile est au
C gmētabile atqꝫ diminuibile:addem⁹ hanc minorē/cor
pus qd̄ circulo fert̄/neqꝫ accremētū/neqꝫ decremētū ſu
ſcipere pōt. Quare ↄclo erit ꝙ ipſuꝫ inalterabile eſſe ſit
ↄſentaneū rōni:ꝛ ſic pꝫ quo mō de ꝑncipali ſyl̄o tm̄ mi
norē ꝛ ↄ̄nē expreſſit.de ꝓſyl̄o vero maiorē ꝛ minorē.

Quę Auerro.cō.21. **Auerroes** ꝯo hic declarat in q̄b⁹ q̄litatib⁹ fit al
teratio:ꝛ in q̄b⁹ nō:ꝛ dicit ꝑmo ꝙ alte
ratio est ad qualitatē vt augmētatio ad q̄ntitatē/ꝛ latio
ad vbi/ꝛ gnātio ad ſubāꝫ. Scd̄o dicit ꝙ nō ad oēm q̄li
tatē est alteratio:ſꝫ ad quaſdā ſic:ad quaſdā nō. Ad gen⁹
aīatū qd̄ est habit⁹/ꝛ inaīatū qd̄ est diſpoſitio/hoc est ad
q̄litates ꝑmę ſpēi nō est alteratio.itēqꝫ ad gen⁹ qd̄ dī na
turalis po⁹ vel īpotētia:quę est ſcd̄a ſpēs:nō est alteratio.
ad gen⁹ qd̄ est q̄litas in q̄ntitate nō est alteratio:hoc ad fi
gurā:quę est 4.ª ſpēs nō est alteratio.est igit̄ alteratio ad
qualitates tertię ſpēi:q̄ ſūt paſſiones:q꞉ alteratio hoc pa
D cto est in hn̄te ſubm̄ ꝛ mām̄. Qua rōne fit/vt cęlū careat
Dubita. alteratione:cū careat mā. ❡ Sed occurres q꞉ cęlū vr̄ al
Sol. Auer. terari:vt pꝫ in eclypſib⁹ ſolis ꝛ lunę. Rn̄det Auerroes ꝛ
indicat duas formas rn̄dēdi. Nā ꝑ dici pōt cęlū nō eſſe
alterabile:ꝛ qd̄ dī de eclypſib⁹ ꝛ illuminatiōib⁹/dici pōt
illas nō eſſe alterationes:q꞉ nō ſunt ad paſſiones. Scd̄o
dici pōt duplicē eē alterationē ſubitariā/ꝛ temporariaꝫ.
ſubitaria eē pōt in cęlo/vt illuminatio ꝛ obſcuratio.tem
Replica poraria q̄ fit ꝑꝑ mām̄ ꝛ ↄ̄riū remouet̄ a cęlo. Hęc Auer
Sol. roes. ❡ Sꝫ replicabis.q꞉ eclypſis lunę vr̄ tēporaria:ſilr̄
ꝛ illuminatio:vt obſeruatio docet.dic hoc eſſe ꝑ accn̄s
ꝑꝑ motū localē:quo opacū corpus interponit̄/vel remo
uet̄:nō aūt ꝑꝑ lumē:qd̄ ſui nā est ſubito acq̄ſibile. ❡ Ex
Excerpta Auer. his ↄcludit Auerroes quatuor:ꝑmū ꝙ oē gnātū ꝛ omne
auctū alterat̄ alteratione paſſiua:q̄ est in q̄litatib⁹ ꝑmis:
cuiuſmodi ſunt caliditas ꝛ frigiditas ꝛ id gen⁹:q̄ ſunt ter E
tię ſpēi ſiue gn̄is q̄litatis. Scd̄o ſeq̄t̄ a cęlo eſſe remota
alterationē/ſanitatē/morbū/iuuentutē/ſenectutē:ꝛ oīa ea
quę ↄſequunt̄ euiſmodi q̄litates:cū ſit īpoīe in illo eē al
terationē. Tertio ſeq̄t̄ in cęlo poſſe eē oīa illa accn̄tia:q̄
nō ↄſequunt̄ illas ꝑmas q̄litates/vt figuram/ꝛ id genus.
Quarto ſeq̄t̄ vr̄ in cęlo nō eſſe eas q̄litates:quę acq̄run
tur mutatione de ↄ̄rio in ↄ̄riū.vt albū nigrū ꝛ id gen⁹.ſꝫ
quęcūqꝫ acq̄runt̄ mutatione de ↄ̄dictorio in ↄ̄dictoriū:
hn̄t eē pn̄t:ꝛ ſic q̄litas q̄ caret ↄ̄rio in cęlo est:quę hꝫ ↄ̄riū
nō pōt illi ineſſe/dico nec ſm̄ mutationē/nec ſm̄ eē.q̄a
ad tales mutari non pōt:nec ſub talibus poteſt eſſe.hęc
Auerroes comē.21.

Animaduerte textuꝫ illum (quare ſi corpus) Quę Auer. cō.22.
Auerroes nō cū ꝑcedēti copu
lare/ſed cū ſequēte:ꝓpterea cōmē.22.textū illū introdu
cit alio mō q̄ꝫ nos idux im⁹. Nā inq̄t ꝙ Ari^{tes} vult copu
lare ſenſuꝫ cū rōne:ꝛ ponere ↄueniētiā teſtimonioꝝ an
tiquoꝝ/ꝛ verba eoꝝum obſcura in antiquo tp̄e dicta.hęc
Auerroes:ꝛ fallit/nā textus ille dꝫ ↄtinuari cū ꝑcedenti/ Error Au.
F cū in illo ponant̄ minor/ꝛ ↄclo ſyl̄i ꝑncipalis:quē inten
dit in ꝑcedēti textu:vt viſuꝫ est. Quo ꝯo mō Ari^{tes} ↄcede
rit ↄueniētiā iter ſenſū ꝛ rōnē de iſto corpe/poſtea dice
mus. ❡ Sed mouet Auerroes dubōnē nō paruā. Naꝫ Dub. Auer. cōm.22.
Ari^{tes} vt ipſe exponit fecit talē ꝓpōnē/oē qd̄ nō recipit
augmētū/nec diminutionē:nō recipit alterationē:ꝛ ſic
vr̄ apud ipſuꝫ Ari^{tes} feciſſe tale enthymema cęlū nō au
get̄/nec diminuit̄.igit̄ cęlū nō alteratur. Mō hęc ↄ̄ſītia
est ab inferiori negatiue ad ſupi⁹.nā oē augmentabile
est alterabile ꝛ nō ↄuertit̄.apud expoſitionē nr̄am ſyl̄s
erat oē alterabile est augmētabile vel diminuibile/cę
lū nō est augmētabile.igit̄ nec alterabile. Mō maior
vr̄ ambigua:q꞉ nō oē alterabile est augmētabile:vt pꝫ
in lib.de gn̄ōne in plus.n.est alterabile quā augmenta
bile:ꝛ ſic dubitatio Auerrois hꝫ locū tāꝫ in ſua:q̄ꝫ in no
ſtra expōne. ❡ Rn̄det Auerroes duplr̄.ꝛ ꝑmo ait ꝙ ra Pria Sol. Auerrois.
tio nō est itelligēda vt iacet. Sed hoc pacto ꝙ ſi cęlum
nō recipit augmētū/nec decremētū ꝑꝑ cām ſupi⁹ dictā
G videlꝫ:q꞉ caret mā/ꝛ ſubo:ob ſilēꝫ cām ēt nō recipiet al
terationē.cū oē alterabile egeat mā ꝛ ſubo.nō igit̄ argr̄
ab inferiori negatiue:ſꝫ a ↄuertibili ad ↄuertibile ſꝫ cāꝫ:
ꝛ hoc pacto hn̄ arguebat. ❡ Scd̄o rn̄det ꝙ augmenta Scd̄a ſol. Auerro.
bile ꝛ alterabile ↄuertunt̄:ſi augmētabile ſumit̄ large:
vbi Auerroes diſtinguit de auctione atqꝫ diminutione:
est.n.triplex:quędā ꝓpria:quę est ↄuerſio nutrimenti in
ſubam nutriti:ꝛ hęc ꝓprie in aīalib⁹ est:ꝛ oī viuēte. Alia
est rarefactio vel ↄdenſatio:q̄ cōſequunt̄ calidū ꝛ frigi
dū:ꝛ hęc reperit̄ tam in elementis/q̄ꝫ in miſtis ſimilari
bus. Nā aer ↄdenſat̄ ꝛ rareſit/ꝛ aqua ſilr̄:quę ſunt elemē
ta.itē ſucci cōdenſant̄ ꝛ rareſiunt:q̄ ſunt miſti ex elemē
tis. Alia est iuxta poſitio ꝑtiū:quo mō creſcit aut decre
ſcit paries ꝑ additionē vel ſubtractionē alicu⁹ ſilis na
turę cū pariete.ꝛ hęc ēt eē pōt tam in miſtis/q̄ꝫ elemen
H tis.nā pōt ignis creſcere ꝑ iuxta poſitionē alteri⁹ ignis ꝛ
q̄cq̄d ſit oīs augmentatio est aut cōiter dicta:aut ꝓprie
dicta. Tunc ad dubitationē pꝫ Solutio:nā oē alterabi
le est augmentabile ac diminuibile:ꝛ ecōtra/mō acci
piat̄ auctio ꝛ diminutio cōiter. Qua rōne nō male addi
dit Ariſtoteles in textu etiā in elementis eſſe auctionem
diminutionē ve:q꞉ auctionē accepit cōmuniter:vt dixit
Auerroes.hęc Auerroes/ꝛ optime. ❡ Ex his īfert Auer
roes ꝙ ſi oē alterabile est augmētabile:atqꝫ diminui
bile.ſequet̄ per conuerſionē ecōtrarie:quę est cōuerſio
per contra poſitionē/ꝙ omne nō augmētabile ꝛ omne
nō diminuibile est nō alterabile.hęc Auerroes.

I ¶ Quod q̄dē igiť sempiternuȝ sit p̄mū corpoꝝ/ ꝛ neq̄ȝ accrementū/neq̄ȝ decrementuȝ/neq̄ȝ Juuentutē/neq̄ȝ alterationē/neq̄ȝ passionez suscipiat:siq̄s hisce que supposita sunt:credet: perspicuum ex dictis est.

Que Auer. com.22. ¶ Auerroes introducit φ Aristo. det ꝯuer suȝ:q: vult Aristotelē in p̄ori textu ꝓbasse cęlū nō esse alterabile:q: nō est augumētabile: at nūc vult φ ꝓbet eꝫ cęlū nō eē augumentabile:q: nō est alterabile: ꝛ hoc intelligit p sempiternū:q̄si dicat:q: cęlū est sempiternū/hoc est:q: cęlū nō est alterabile:neq̄ȝ augumētabile erit:ꝛ reliqua. ecce quo

Error Aui. mō apud Auerroeȝ Arist. dedit ꝯuertens. Que expō est oīno dissona grecis codicib⁹:ꝛ nr̄is ēt trāslationib⁹. ꝛ qd̄ fecit Auerroē errare:est v̄bū διότι:qd̄ in suis translationib⁹ est cū:ꝛ hac de cā errauit. ¶ At nos Meli⁹ dicam⁹

K φ nūc epilogat que declarauit. Naȝ διότι Arist. in epilogis ꝯsueuit apponere. ꝛ q̄ dicit: trāslationib⁹ pateť: verū adiecit vnū:qd̄ nō ꝓbauerat. videlȝ φ cęlū nō suscipiat

Que Auer. iuuentutē. Nā iuuent⁹ ꝛ senect⁹ cū auctiōe ꝛ diminutiōe coordinari solēt. ꝛ ꝓpea dicit Auerroes ꝛ vr̄ φ Aristo. nō posuerit ꝯnationē additiōis/idest φ nō dixit cęlū nō eē augumētabile:nisi ad sig̃ndū φ nō recipit senectutez/ neq̄ȝ iuuētutem. Quare recte in epilogo aducit illud:q: cointelligebať in p̄orib⁹ dictis. Hec Auerroes ꝛ recte.

¶ Uideť aūt ꝛ rō his astipulari:q̄ appent:ꝛ ea q̄ appent:rōni. oēs. n. hoīes de dijs existimationē hn̄t:ꝛ oēs q deos eē arbitranť/tam barbari/q̄ȝ gręci ip̄ȝ supremū locū deo attribuunt/vt videlȝ imortale ad imortale sit ac-

L cōmodatū:q̄ppe cū alio mō sit ipossi̇. Si igr̄ est aliqd̄ diuinū/quēadmodū ꝛ est:ea ꝓfecto q̄ ꝛ nūc d̄ p̄⁹ corpoꝝ suba dicta sūt:bn̄ sē dcā.

Que Auer. cōm.22. ¶ Auerroes vult Ari^{les} in hoc caplo declarare ꝯueniētiā inter sensuȝ ꝛ rōnē circa ea q̄ de ipso cęlo sunt dicta:nec nō ꝛ eoꝝ testiuȝ/q i antiq̄s tēporib⁹ de ipso v̄ba obscura fecerūt/ēt astipulationē. Sȝ q: multa dicta sunt de ipso cęlo: vt φ nō sit gnābile:nō augumētabile:non alterabile:ꝛ deniq̄ȝ nec senescibile. circa qd̄ hoꝝ velit Ari^{les} talē

Que expō. declarare cōueniētiā:Auerroes nō exponit. iō expositor ait Ari^{les} velle adducere signa ad manifestādūȝ ꝓpo^{m}:ꝛ sic velle vr̄ expositor hec signa eē posita ab Ari^{le} ad oia

Juniores. illa ostendēda. ¶ Alij volūt Ari^{les} redire ad declarādū cęlū esse ęternū p tria signa:ꝛ oēs recte sentiūt/q: si Aristo. p signa ꝓbat cęlū eē ęternuȝ:ꝛ ex ęternitate cęli cętera de cęlo sequunť/vt φ nō sit augumētabile/nō sit alterabile/nō sit senescibile:seqť ēt Ari^{les} redire ad ꝓbandū per signa ēt illa cętera. Quare quouis mō textus introducať:seqť recte Ari^{les} redire ad ꝓbādū ꝓpo^{m} p tria signa. ¶ Addit tn̄ Auerroes sensu ꝯstare. φ cęlū nec alte-

M rationē/nec auctionē/vel minutionē accipiat:q: rerū cęlestiū scriptores:q antiq̄s tēporib⁹ stellas obseruarūt:p illas adinuenerūt eadē sub q̄titate:ꝛ eodē in sitio. Quare velle vr̄ Auerroes φ redeat Ari^{les} ad ꝓbādū de cęlo p illa sig⁹ solū sempiternitatē. Nā ip̄ȝ nō eē augumētabile/nec alterabile:cōstat obseruatiōe ꝛ instrīs sensilibus. ¶ Sȝ cur Ari^{les} vltra rōnes intellectiles/adiecit ꝛ signa

Que Auer. cōm.22. sensibilia:Auerroes declarat/ꝛ dicit hoc eē recte factum ab Ari^{le}/q: multi hoīes nō p̄nt assentire p̄mis ꝓpōnib⁹ p intellm̄ notis ex rōne tn̄. Cui⁹ cā est:aut ꝓp diminutionē innatā in nā:sunt. n. nōnulli adeo intellectu ībecilles: vt ad nihil attollanť:qd̄ sensus trāscēdat:q̄les sūt nā rudes/ꝛ hebetes:vt dr̄ .2. phy/sicę auscultatiōis lib. Alia cā

N

eē pōt paucitas exercitij in scia/in qua tractať de illis rationib⁹:sūt. n. nōnulli q paucitate exercitatiōis in scia nō facile ꝯsentiūt rōnib⁹ illi⁹ scię: vt .3. hui⁹ dicit Auerroes de Auicēna. Tertia cā eē pōt Mala ꝯsuetudo in doctrina:q̄ multis annis est eradicata falsis in fundamētis:vt dr̄ .2. meta^{ce} ꝛ ponit exēplū de sectatorib⁹ suę legis. Naȝ hi a pueritia sūt assueti audire ꝓpōnes falsas/apparentes tn̄/ꝛ ꝓpterea deducunť ad negādū nāles ꝓpōnes:cū asserāt nihil eē necc̄iuȝ/aut possi̇/aut ipossi̇ nisi in deo. Jn cęteris remouent necc̄iuȝ/ꝛ possi̇. itē remouēt v̄tutes in rebus/cū dicāt deū oīa agere:ꝛ cętera q̄ sarraceni opinanť. ¶ Aiaduerte tn̄ hec dixisse Auerroem ꝯ̄ sectatores suę secte. nos v̄o q veritatē habem⁹/nō sic dicim⁹:q: rebus pręhem⁹ v̄tutes/lȝ dicam⁹ oīa agere v̄tute p̄mę causę/qd̄ ēt ph̄i dicūt. Pręterea dam⁹ reb⁹ necessitatē/saltē ex suppositione/itē ꝛ possi̇tatē/ꝛ ipossi̇tatē. Sed Auerroes vult hic nōnullos eē adeo suę opīonis/vt nullis alijs credāt/ nisi p sensus ꝯstet ꝯ̄riū. Adiecit igr̄ Ari^{les} signa ꝓp rōnes p naturas hoīuȝ:q nō p̄nt rōnib⁹ assentire nisi ꝯuenerint signis. ¶ Albumaçar aliā assignauit cām/ꝛ ait Ari^{les} addidisse signa post rōnes:q: sic veritas ꝯclōnis erit ꝓpinquissima veritati certę. hoc est primis p̄ncipijs:nā lȝ veritas talis ꝯ̄nis nō sit veritas p̄moꝝ p̄ncipioꝝ/est illi ꝓpinquissima:cū ꝯstet sensib⁹:q̄re ad vigorādā veritatez ꝯ̄nis/hec signa suppleuit. ¶ Galen⁹ v̄o in lib. quē demōstrationē appellauit/aliā rōnē adiecit/dixit eni Ari^{les} addidisse signa:q: mūdi ęternitas nō pōt alr̄ ꝓbari. ꝛ propterea in lib. quē cōposuit de credit̄is:mūdū eē ęternum reposuit inter credita:q: nō pōt ꝓbari nisi p credita. pȝ igiť q̄re Ari^{les} vltra rōnes adiecit signa:hec Auerroes. Tunc p̄^{m} signū sic/cōpositus locus subaꝝ ęternarum ac

P spiritaliū/est ęternus ꝛ aliq̄ ex p̄te spiritalis. cęlū est loc⁹ deoꝝ:q sunt subę ęternę ac spiritales. igiť cęlum est ęternū atq̄ȝ spiritale. Maior pȝ/q: loc⁹ dȝ esse locato similis ꝛ accōmodatus. Minor habeť Ex opīone hoīuȝ:q ponūt deos:hi. n. ꝛ ponūt deos ęternos/ꝛ spiritales/ꝛ oēs tā gręci q̄ȝ barbari illos in cęlis statuunt. Quare seqť cōclo/vt φ cęlū sit ęternū ꝛ spiritale. ęternū q̄dē q̄tenus est locus dei ęterni:spiritale vero:q: plus pręe cęteris corpib⁹ accedit ad diuinas subas. ¶ Sed occurret:q: hoīes ēt existi-

Dubita. mant tēpla esse locū deoꝝ:ꝛ tn̄ ꝯstat tēplū esse corruptibile. dr̄ tēplū esse locū dei/nō q̄dē ex p̄te dei:sed ex parte colentiū deos:quos opȝ in aliquo loco colere:vn̄ vt recte

Sol. expositor ait. tēpla corruptibilia sūt ꝓportionabilia hoībus corruptibilib⁹. cęlū aūt est incorruptibile ꝓportionale subę diuinę. ¶ Quo v̄o ad v̄ba attinet ꝯsidera-

Uerboꝝ ꝯsideratio. tione dignum/ē φ tam barbari q̄ȝ gręci ip̄ȝ supremū locuȝ deo attribuūt. nā vt Auerroes ait:oēs gentes ꝯcorditer existimāt cęlū esse locū dei ꝛ alioꝝ spirituū:q vulgariter dicunť angeli:est tn̄ (vt dicit) dr̄ia:q: barbarę leges ꝛ sarracenę angelos ponūt corporeos/gręcę v̄o incorporeos:qd̄ quo mō sit:illis relinquo. Scd̄o ꝯsideratione dignū deū eē in cęlo (vt Auerroes ait) nō vt corp⁹ est in lo-

Q co per circumscriptionē:nec vt aqua in vase p eq̄litatē:sȝ eo mō quo diceť in libro meta^{ce}:ꝛ quo dictū est in lib. 8. phy. Jbi eni dictū est deū esse in cęlo per operationē:q: ibi apparet eius opatio:de hoc dicem⁹ in 2^{o} libro huius. ¶ Cōsideratione dignū tertio in trāslationibus barbarie:quas Auerroes cōmentatur:scribi hoc pacto. Et opȝ esse sicut est in loco q nō diminuiť:neq̄ȝ corrumpiť:ꝛ reliqua. ꝛ Auerroes dupl̄r exponit:vno mō referēdo v̄bū oportet esse ad p̄mum principiuȝ omnium: qd̄ est deus: ita vt sit sensus φ deus opȝ vt sit in loco:q non diminuitur neq̄ȝ corrūpiť:sȝ in loco ęterno oi trāsmutatione ca-

A rente. Alio mō referēdo verbū illō ad celū: q̄si dicat opꝫ celū eē in loco incorruptibili: q̄r celū est locus eternoꝝ: quasi indicet deū τ celū (cū nō diminuanť nec corrūpanť) esse causas trāsmutationū τ corꝑ: que agūt τ recipiūt transmutationē. hec Auerroes: τ frustra: naʒ nec in codicibꝰ grecis, nec in nostris trāslationibꝰ vba hec reperiūtur. ppea hec sūt ptereūda. ¶ 4ᵒ. aiaduersiōe dignū circa illa vba: ipole .n. est alio mō: q̄r dixerat superius: vt videlʒ imortale ad imortale sit accōmodatū: subiecit: q̄r impossibile est alr. Declarat mō Auerroes q̄re ipole est alr: τ ait eē ipole alr. q̄r celū ipsuʒ opꝫ esse quodā mediū inter diuinas subas τ sublunares res: τ iō fieri nō pōt alr quin videlʒ sit accōmodatū diuinis illis substātijs: τ qḋ sit necessariū ipʒ celū eē mediū tale declarat: q̄r nisi celū esset tale mediū: diuine ille subē nō possent agere in sublunaribꝰ corꝑibꝰ. qppe cū ab eterno in mobili atqʒ simplicissimo pnᵒ nō pōt imediate puenire actio in rebꝰ gnābili

B busq: gbꝰ pꝫ quo nā mō sublunares res alligenť diuinis illis substātijs. copulanť .n. p ipsuʒ celū: qḋ est medie nature. Nā eo q̄r in suba est incorruptibile: cū diuinis substātijs puenit: q̄r mutať in loco: cū sublunaribꝰ. τ hoc mediante ille subē mutāt nos. recte igiť dixit ipole eē alr: q̄r nisi corꝑꝰ celicū eēt tale: nō esset actio, nec gnātio, nec corruptio, nec alteratio rerū sublunariū. hec Auerroes. τ

Excerptus Auer. sapide. ¶ Ex his infert Auerroes errorē sectatorū sue legis: quos loquentes appellat vbiqʒ: vbi aiaduersione dignū sectatores sue legis pbasse deū esse eternuʒ hoc enthymemate: videlʒ mūdus est creatus. igiť deꝰ est eternꝰ: q̄r factio tandē nō deuenit nisi ad eternū pnᵐ: alr esset processus in ifinitū. Auerroes vult ostēdere ex dictis ex tali enthymemate potius deduci oppoᵐ vel q̄ videlʒ deus nō sit eternus: vel q̄ sit deueniendū ad vnuʒ corꝑꝰ eternū: que sunt opposita eis: q̄ dicūt. τ vis deductionis Auerrois est in ppōnibꝰ: quaꝝ pᵃ est: q̄ gnātio sit alteratiōis finis: vt physici dicūt. Scđa. q̄ ois noua pductio sit ge-

C neratio: nā ex nihilo aliqḋ fieri perterruit omnes pħos. Tertia. q̄ nihil alteret: nihilqʒ altereť nisi corꝑꝰ sit. hec deduciť in libro de suba orbis. Ex his tribꝰ arguiť: mundus creatur de nouo. igiť generať p scđaʒ petitionē. Sʒ per pmā gnātio est finis alterationis. igiť aliqḋ prealterabať: τ aliqḋ palterabat. sed p tertiā oē alteratū τ omne alterās est corꝑꝰ. igiť pcessit corꝑꝰ alterās, τ corꝑꝰ palteratū. Queriť de illo si sit genitū: vel eternū. τ cū nō sit procedere in ifinitū: opꝫ deuenire ad corpus eternuʒ: qḋ sit pᵐ alterans: τ pᵐ mobile. ecce quo mō ex rōne loquētiuʒ

Error Aul. sue legis deduciť oppositū potius. ¶ Sed hic hō errauit τ valde: supponit .n. oēm nouā pductionē eē gnōneʒ: hoc est dicendū fm eos: qui philosophanť ex sensibꝰ: at nos catholici tenemus q̄dā q̄ sensus trāscēdūt: de quoꝝ numero est creatio ex nihilo. τ sic negať illa suppositio. vtrū ȝo creatio sit nālis: alibi disputauimꝰ: at nūc sit dictū Auerroeʒ errasse cū oibꝰ pħis sue pfessionis: τ sic ex

D creatione nō mō deduciť eternitas pmi pncipij: sʒ etiaʒ ifinitudo: cū nihil creet nisi ῡtus ifinita. hec ad Auerroē.

¶ Accidit aūt hoc τ per sensuʒ sufficiēter, vt ad humanā est dicere fidē. In oī eniʒ pterito tpe p traditā inuicē memoriā nō mutatū vllo pacto fuisse videť: aut in toto vltimo celo: aut in suarum ppriarum partium vlla.

¶ Scđo signo idē pbat: qḋ est per sensuʒ: cum sumať ex obseruatione longi tpis. τ dicit. accidit aūt hoc: qḋ rōne τ opinione hoiuʒ est pbatū: ēt p sensuʒ: nō qdē simplr: sʒ sufficiēter vt dici pōt ad humanā fidē psuasionēqʒ. Nā

E obseruātes pterita oia tēpora p traditaʒ inuicē memoriā: vt filiꝰ obseruat a prē: τ pr ab auo. τ auus ab attauo: τ sic successiōe: nō mutatū vllo pacto vr fuisse celū: dico vllo pacto. q̄r nec in toto vltimo celo: neqʒ in suarū ppriarū partiū vlla. ¶ Aiaduersione dignū aliter fieri rerū obser-

De obseruatione. uationē: que longiori tēpore manēt: τ alr rerū: que breui trāseunt tpe. Nā celeres res obseruanť ab oibꝰ: vt q̄ reubarbaꝝ purget choleram: oēs τ singuli vel obseruāt vel obseruare pnt: τ h̄ pacto obseruatio fieri solet rebꝰ ipsis in medicis: atqʒ in multis rebꝰ nālibꝰ. Tarde aūt obseruanť successiōe: vt docuit Ptolemeus eo in libᵒ quē magnā ↄstructionē appellauit. Dephensuʒ eniʒ stellas non errātes moueri eē ab occasu in ortū singulis centenis annis gradu vno. Nā Abrachis sic obseruauit. τ Timoris ↄfirmauit: τ ceteri p istū vsqʒ ad tēpora Ptolemei. τ sic successione obseruātiū verificať tardus ille motꝰ. Quare cū mūdus atqʒ celū ipꝫ sit tardi tpis: recte Arist. eiꝰ eternitatē psuasit successione obseruātiū. Nemo .n. tradit celū cepisse suo tpe. Vn̄ τ Adā nō dixisset celū cepisse suo

F tpe: qppe cū ipse fm scripturā mosis factꝰ sit sexto die a mundi creatiōe. Quare cū obseruantiū successiōe nemo dicat vidisse celū factū: ↄiectura est de celi ipsiꝰ eternita-

Error Aris. te. ¶ Sʒ istud signū peccat pᵒ: q̄r lʒ nemo suo visu possit testari de factura mūdi: tn̄ aliqs testať de factura illiꝰ reuelatione diuina: vt moses ipse: q asserit celū τ terrā esse creatū in pnᵒ ante oia: τ noua pductiōe. Preterea secūdo Adam potuit testari de hoiuʒ pnᵒ: q̄r ipse vidit se esse pᵐ hoiuʒ. τ ab eo mulierē pfectā esse. igiť bona ↄiectura potuit arguere de mūdi factura. Tertio (vt recte expositor sentit) quāto aliqḋ est diuturnius: tanto maiꝰ tps reqriť ad hoc qḋ eiꝰ mutatio dephēdať: sēu trāsmutatio hoīs nō dephēdiť duobꝰ vel tribꝰ annis. in gbꝰ dephēdiť trāsmutatio canis: vel aliciꝰ alteriꝰ aīalis breuiorē vitā

G hñtis: posset igiť aliqs dicere q̄ τ si celuʒ sit nālr corruptibile. est tn̄ taʒ diuturnū: q̄ totū tps cuiꝰ memoria pōt hri: nō sufficit ad cōphēdēdā eiꝰ trāsmutationē. Quare hoc signū nō est nec̄iuʒ. τ hoc aduertit Aristo. cū dixit hoc ↄfirmari p sensuʒ: nō qdē simplr: sʒ ea sufficiētia: q̄ est in humanis psuasionibꝰ: vt induceret signū h̄ nō esse necessarium: sed coniecturale.

Auerroes aūt declarat pᵒ qḋ sit sufficiētia: τ inqt q̄ sufficere est pfiteri aliqḋ qḋ sensui

Que Auerro. co. 22. vr: nec illiꝰ ↄtrariū appet aliq̄ hora. ¶ Scđo distinguit de sufficiētia: qm̄ q̄dā est pbabilis: vt pote qn̄ nō fuerit cōfirmata p demr̄ationes: τ hec nō est certa veritas: sed propinqssima veritati certe. q̄dā est p demr̄ones approbata: τ hec est veritas certa: τ p hāc demr̄ones pficiunť: nā de ↄdictione bonaꝝ demr̄onū est ↄueniētia sensus: huiꝰ cāʒ assignat τ distinguit de duplici demr̄one: q̄r q̄dam est in intellectu: sʒ ↄfirmata p sensus: q̄les sūt demr̄ones mathematice: q̄ sunt in pᵒ gradu certitudinis: q̄dā ȝo est in intellectu: sʒ nō cōfirmata p sensuʒ: τ hec bifariam est: q̄r aut est de rebꝰ: q̄ sunt apte cadere sub sensu: τ talis demr̄atio

H est nālis: aut est de rebꝰ: q̄ nō sunt apte cadere sub sensu vt sunt res separe atqʒ metaphysice. Demōstratio igitur pma cū sit ↄfirmata sensibꝰ: est certissima: τ in pᵒ certitudinis gradu. Scđa demr̄atio: q̄ dr nālis: nō ita certa: sed quatenus est de rebꝰ: q̄ cadere pnt sub sensu: est veritati certe ppinqua: τ ita in 2ᵒ gradu certitudis. metaᶜᵃ demōstratio ob id: q̄r est de rebꝰ a sensibꝰ remotis: est in vltio gradu certitudis: gbꝰ patēt ea: q̄ Auerroes ait 2ᵒ metaᶜᵉ.

Com. 16. Recte igiť dixit Aristo. in textu accidere hoc sufficiēter p sensuʒ: q̄r hec demr̄atio: quā mō fecit de celo est p sensuʒ ↄfirmata. q̄ rō docet illā eē more mathematicarum demr̄onū in pᵒ gradu certitudinis. τ hac de cā appellauit

I hanc sufficiētiā:qm̄ vno mō est demōstratio certissima:
alio mō ꝓbabilis.quo ꝯo est demonstratio p sensus cō/
firmata.est in p̄ gradu certitudīs.quo ꝯo illā ingreditur
testificatio q̄dā:vt sermo ꝓbabilis.℄ Tertio Auer.de/
clarat quo sensu dicta demr̄atio est ꝯfirmata:⁊ ait illam
eē ꝯfirmatā sensu visus:q2 in hoc oēs gentes ꝯueniūt:ꝙ
nūq̄ visuȝ fuerit ab hoīb⁹ celū fuisse trāsmutatū:nec vi/
deiȝ in toto nec in pte:⁊ tu per trā'mutationē itellige no/
men cōe ad oēm mutationē p̄ter localeȝ.hec Auerroes.
Considera/tio verboꝝ ℄ Quo ꝯo ad verba attinet aiaduersione dignū Arist.
dixisse nec in toto nec in pte:ꝓpter elēta:q̄ nūq̄ fuerūt
visa mutari:⁊ tn̄ nō sunt eterna.q2 lȝ nō in toto mutenꝫ:
saltē in pte videntur continuo mutari.

℄ Videꝫ aūt ⁊ nomē fuisse datū a veteribus
K ēt vsq3 ad p̄sens tp̄s codē mō opinātib⁹:quē
